

*Vina peregrina habentur. Fere omnes sunt potatores in publico. Obsonia sumtuosa. Eorum magistri coquinarii habentur in pretio magno. Omnia ad Gulae irritamenta & ambitionis queruntur. Ut his suppeditari possit, avaritia militat. Hinc usuræ, fraudes, rapinæ, expilationes, prædæ, contentiones in Republica. Vectigalia illicita, innocentum oppressiones, exterminia Civium, relegationes locupletum. Verus Deus noster est venter noster. Pompis, quibus renuntiavimus in Baptismo, insistimus, facti adeo transfugæ ad hostem generis nostri. Bene autem Seneca morum cultor, Libro Declamationum nostra tempora detestatur his verbis: » In deterius quotidie res data est; omne enim certamen ad turpia. Torpent ecce ingenia desidiosæ juvenitatis, nec in alicujus rei honestæ labore vigilatur. Somnus & languor ac somno & languore turpior malarum rerum industria invasit animos. Cantandi, saltandi quoque obsecena studia effeminatos tenent. Cappillum frangere, ad mulieres blanditias extenuare vocem, mollitie Corporis certare cum Feminis, & immundissimis se excolere monditiis, nostrorum adolescentum specimen est ». Così il Pippino dell' età sua scriveva. Niun Secolo fu mai senza Vizj, e nè pure farà. Ognun sa, quale sia il nostro. Ma più abbondano i Vizj, dove è più Lusso e Ricchezza. Giovanni Musso, che circa l' Anno 1388. compilò la Storia di Piacenza da me data alla luce, tenea d' avanti a gli occhi le parole di Riccobaldo, e le giunte del Pippino. Ora anch' egli si prese la cura di descrivere, fin dove fosse giunto il Lusso a' suoi tempi, e quanta mutazione fosse seguita ne' costumi, specialmente dipignendo quei de' Piacentini d' allora. Non dispiacerà a i Lettori di ricevere tutto il suo benchè lungo Ragionamento.*

### *De Moribus Civium Placentiæ.*

» Nunc vero in præsenti tempore, scilicet Anno Christi MCCC-LXXXVIII. fiunt per homines & Dominas Placentiæ suntuosissimæ expensæ in victu & vestitu, & in omnibus plusquam fieri solet. Nam Dominæ portant indumenta longa & larga de veluto serico, de grana, & de panno serico deaurato, & de panno de auro, & de panno serico tantum, & de panno de lana scarlata de grana, & de paonatatio de grana, & de aliis nobilissimis drappis de lana. Qui drappi de grana, vel de veluto, vel de auro, vel de aurato, vel de serico, constat pro uno Cabano, vel Barillotto, vel Pellarda, a Florenis XXV. auti, usque in Florenos sive Ducatos LX. auri. Quæ indumenta fiunt cum manicis largis per totum, tam de subtus, quam de supra, ita longæ, quod dictæ manicæ cooperiant medium manum, & aliquæ pendunt usque in terram apertæ exteriori tantum acutæ de subtus ad modum scuti Catellani longi, qui scutus est largus desuper & strictus &

» acu-